



A Dolphus apud Septentrionales Germanos
 uir erat insigni fortitudine & prudentia præ-
 ditus. Itaque ab ineunte ætate Cæsaris castra secu-
 tus magnam suæ uirtutis laudem apud omnes ad-
 eptus est. Erat enim in rebus perficiendis promptus
 & in bellis administrandis felicissimus. Has uirtu-
 tes eius cum Conradus secundus Cæsar intellexis-
 set, eum primò equitem auratū, post etiam primum
 comitem Holsatiæ constituit anno 1140. Is ergo in
 ea dignitate constitutus nihil de pristina fortitudi-
 ne & dexteritate mutauit, uerum summa mansue-
 tudine & æquitate suis præfuit. Itaque factum ut e-
 ius posteritas eum comitatum retinuerit, atq; insu-
 per ducatum Slesuicense & regnum Daniæ præclaris uirtutibus tandem im-
 petrarit. Moriens enim Adolphus filio suo Adolpho illam ditionem re-
 liquit, qui Lubecam celeberrimum Germaniæ empo-
 rium ad mare condidit. Monst. lib. 3.